



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Præmittitur regula generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT II.

*De prima radice, seu causa Restitutionis, quæ est
injusta Acceptatio, seu Detentio.*

§. I. *Premittitur Regula generalis.*

1. **Q**uamvis ad duas reducant varias restitutionis re-
dices rectè Theologi, nos, tamen ad piores redu-
ximus, claritatis gratiâ, *suprà, in it. hujus lib. 8. n. 2.* Incipi-
mus ergo à prima, quæ est injusta acceptio.

2. Regula generalis colligitur ex Doctrina, ac Doctrina citandis: Qui per actionem externè injustam, fac per culpam Theologicam gravem, proximi rem accepit, statim illam totam seu totum ejus valorem restituere domino obligatur, etiamsi ea res non extet, sed quomodo-
cunque perierit. Hoc ultimum (etiamsi non extet) maxime est advertendum in hac radice: nam in alia, quæ est ex re accepta si res non extet, sed bona fide consumpta inveniat, non est aliquid restituendum nisi illud, in quo factus sit quis leceptor, uti mox suo loco explicabitur. Ratio autem, cur ex præsentis radice restitutio sit semper exhibenda, est quia injustitia, quæ quis alienum accepit, & ex qua oritur obligatio faciendi æqualitatem, semper remanet, donec re ipsa fiat restitutio; ergo, donec ipsa fiat, semper remanet facienda.

5. Porro in hac Regula tot sunt, ut ita dicam, mysteria, quot verba: Primo dicitur, Per acceptationem injustam: Secundo, Externè injustam: Tertio, Per culpam Theologicam: Quarto, Gravem: Quinto, Debere reitui statim: Sexto, Totam rem, seu valorem: Septimo: Etiam si perierit. Sigillatim hac se percurramus, nihil erit præterea, quod pro explicatione hujus radicis desiderandum sit.

§. II. *Per actionem injustam.*

31. **C**ertum est apud omnes onus restitutionis origi-
nalem ex culpa contra Iustitiam. Ita Reg. loc. co-
num. 65. Val. 2. 2. d. 5. *quest. 6. p. 3. Azor. 3. p. lib. 4. cap. 9.*
per totum. Lugo tom. 1. de iust. 1. disp. 1. sect. 3. n. 51.
Bon. disp. 5. de rest. *quest. 2. part. 3. §. unica. num. 2. alit. que*
passim. Ratio est, quia sola illa inducit inaequalitatem
in rebus temporalibus, ergo sola illa ad aequalitatem
ponendam obligare debet. Quare, quando quis vovit,
v. g. Calicem dare Ecclesiae, illum dando satisfacere qui-
dem voto dicitur, sed non proprie restituere, quia
tunc non operatur homo ad ponendam aequalitatem,
quam ipse per iniquam acceptionem abstulit. An, non
solum Iustitia commutativa, verum etiam distributiva
jubeat restitutionem, *infr. cap. 4. §. 3. numer. 8. capitula-*
bitor.

2. Ex hoc principio oritur: primo, ut qui elemosynam non offert extreme, & graviter indigenti: Secundum, qui prædictum Calicem, vel aliud quid vovit, tamen non dat: Tertio, qui segetem, v. g. ab afo incensam non extinguunt, cum possint, in casum tamen, quo non debeat, quia ejus Custos non est, nec sua cura Reges commendata: Quarto, qui Iudex per allegata & approbata reum iuste condemnat, se verbis, aliisque modis contra charitatem exhibitis; ad nullam restitutionem obligantur, quia non peccant contra Iustitiam, sed solum contra alias Virtutes. Idem dicili reus, etiam legitime interrogatus, negat veritatem, unde damnum sequitur, vel fisco, cui cedent bona rei, vel alteri, &c. Ita Sanchez, 2. in decal. c. 22. num. 22. Bon. disp. 1. de rejt. quest. 1. part. 1. num. 4. citans Valquez Azor. Clavem. Reg. contra Sor. & Mol. neque enim ex Jostitia commutative Reus obligatur dicere veritatem, vel curare utilitatem illorum, &c. Alia multa similia dicuntur *inferius*: Et his deciditur celebris Questio, An acceptio pecunie

§. III. *Per actionem externè injustam.*

2. **N**us restitutionis oritur solum ex actione
non iniusta. Ita Sanchez in *conf. lib. 1. cap. 4. §. 1.*
num. 9. Less. lib. 2. cap. 9. dub. 16. vide etiam de Lugo
de iust. disp. 10. sect. 10. sect. 7. num. 15. id. citum de
disp. 8. sect. 6. num. 7. Val. Navar. Sylv. cit. à Bona-
Fault. in speculo Confess. disp. 4. quest. 10. Ratio est quia
obligatur quis ad restitutionem, debet scilicet
litteratim in altero, at hæc non fit per meram
actionem, sed per actionem externam materialiter
realem. Actus enim merè dispens in mente nihil
tur exterius.

2. Hinc, quando quis animo, & desiderio in
no, ut alias depauperetur, lumen sine ulla culpa
terna verus informationis contra illum de eius bono
dio. Quando quis internè gaudet sui inimici
mencas ab alio fuisse. Quando Iudex profert
tiam iustam contra verum suum inimicum, gaudet
eum in egestatem deiici, non obligatur ad restitu
nem, quia ex sola interna culpa illud non est
quam nasci potest. Imò, si idem Iudex profert
stiam sententiam contra aliquem, quam sententiam
sua deprehendat esse iustam, ad nihil restituendum
tur, quia illa injusta sententia non fuit materialit
& realiter injusta, sed solum formaliter, & ex con
tia internè. Pari modo, si ego furor à te vellem,
puto tuam, sed deinde aduerto esse meam, quia
auferendo peccaverim ex affectu peccati injusti
præ conscientiam internam; tamen propter pra
ramonem non obligor ad illam restituendum.
occidi fratrem, putans esse meum inimicum, quon
dere intendebam, non teneor ad restitutionem
micidio, quia actio mea externa fuit contra fr
nullo modo circa hominem, quem externè non
di. Vide de hoc *sup. libro sexto, capite quarto, §. 11.*
num. 23.

§. IV. *Pér culpam Theologicam.*

1. **C**ulpa Theologica dicitur ea, quæ est con-
tra Deo, in conscientia, quam scilicet Theo-
logi spectare potissimum solent: nam culpa, quam
Philosophi et Jurisæ, vocaturque Juridica, est ea, quæ
pro foro externo consideratur, & juxta quam senten-
tiæ ferunt.

2. Theologica est duplex : Alia mortalís , & venialis. Juridica triplex, lata, levis , levissima : lege *3. par. i. l. 6. c. 4. & passim.* Lata est omnis diligenter solent in simili adhibere prudenter, diligenterque, quam solent diligiores. Levissima, quam diligenter mi. Si quis v.g. exiens domum, relinquat ostium apertum vel non clausum, unde fures domum expulsi, & commississe culpam latam ; Commisisse levem si clausum sed ita, ut non difficulter posset aperiri ; clausum se levissimam , si claudere quidem putavit, sed tentavit, an bene fuerit clausa , nec ejus cultus commendavit vicinis. Porro lata culpa subdividitur in maiorem, & levissimam ; latissima, quæ etiam debita aptetur, est ; cum quis omittit, vel aliquo animo, ut damnum, quod prævidet, alicui sequatur. Quòd si prævidet, sed non intendit, dicitur dolus per sumptus, latior culpa, quæ confundi, sæpe cum lata est, cum non ponitur debita moralis diligentia, & cum non quod sequitur, sine advertentia, & prævisione quitur. His præmissis :

3. Afferō injustam acceptionem, ut pariat in conscientia onus restitutionis, debere esse Theologice culpabilem, nec sufficere juridicè. Ita Mol. tom. 3. d. 4.